



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

De Horis Canonicis Juxta Rubricas Breviarii Romani ritè recitandis - In qua etiam ipsæ Rubricæ Notis brevibus illustratæ, & Martyrologij Romani nomina suis Accentibus signata continentur, Ad Faciliorem Discentium Vsvm Ac Prixin

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1676

[§. 8. De Cantico Magnificat.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48333](#)

II. Sumitur in Dominicis & Feriis ex Psalterio ; in Festis autem ex Communi Sanctorum, nisi aliis in Proprio de Tempore aut Sanctorum pro utrisque assignetur.

III. Ultima Stropha variatur pro varietate temporis, excepto Hymno *Ave maris Stella*, & *Vexilla Regis prodeunt*, & quæ alio metro, quam dimetro Jambo constant.

§. VI.

De Versu.

I. **S**Emper dicitur, excepto Triduo ante Pascha. In ipsa verò Octava Paschatis dicitur illius loco Antiphona *Hac dies.*

II. In Dominicis & Feriis sumitur ex Psalterio ; in Festis ex Communi Sanctorum, nisi aliis in Proprio Sanctorum, aut de Tempore pro utrisque assignetur.

III. Tempore Paschali additur Alleluia.

§. VII.

De Antiphona ante Magnificat.

I. **S**Emper dicitur, etiam Triduo ante Pascha. In Dominicis & Feriis sumitur ex Psalterio ; in Festis ex Proprio vel Communi Sanctorum, vel Proprio de Tempore.

II. In Duplicibus dicitur integra, in reliquis Festis & Feriis inchoatur tantum ante Canticum, & finito illo integra dicitur, exceptis Antiphonis majoribus, quæ à 17. Dec. usque ad 23. inclusivè dicuntur ; hæ enim pariter ante & post Canticum integræ recitantur.

III. Tempore Paschali in fine additur Alleluia.

§. VIII.

De Canto Magnificat.

I. **N**unquam omittitur. In fine semper additur *Gloria Patri*, excepto Triduo S. Hebdomadæ, ubi omittitur ; & Officiorum Defunctorum, ubi loco illius dicitur *Requiem*.

§. IX.

De Precibus Ferialibus.

I. **D**icuntur hæ tantum in Feriis Maioribus extra Tempus Paschale occurrentibus, quando de iisdem dicuntur Vesperæ.

§. X. Du